



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis Universa, Complectens Omnia Morum Præcepta, Et Principia Decisionis Omnium Conscientiæ Casuum, Suis Quæque Momentis Stabilita

Ad usum Parochorum, & Confessariorum

Continens Tractatus De Obligationibus Specialibus Certorum Statuum, De
Sacramentis In Genere, Et In Specie, Et De Censuris Et Irregularitatibus

Antoine, Paul-Gabriel

Ingolstadii, MDXXXIV.

VD18 90392167

Q. 10. An generaliter approbatus ad audiendas Confessiones Sæcularium,
censetur approbatus pro audiendis Confessiobus Monialium, sive
Ordinario, sive Regularibus subjectarum, si non fuerint nominatim ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-41032

Episcopo, qui potest iis auferre potestatem delegandi eos, quos iudicat minus aptos audiendis quorumlibet Confessionibus. Licentia autem expressa est, cum scripto vel verbis conceditur: tacita verò, cum Episcopus non contradicit consuetudini, quam scit vigere circa auditionem eiusmodi Confessionum.

Q. 10. An generaliter approbatus ad audiendas Confessiones Sæcularium, censetur approbatus pro audiendis Confessionibus Monialium, sive Ordinario sive Regularibus subjectarum, si non fuerint nominatim exceptæ?

Resp. Neg. Nam ita fert usus, & ita declaravit Clemens X. constit. Superna his verbis. Et generaliter approbatus ab Episcopo ad audiendas personarum Sæcularium Confessiones, nequaquam censeatur approbatus ad audiendas Confessiones Monialium sibi subjectarum, sed egere quoad hoc speciali Episcopi approbatione: atque approbatus pro audiendis Confessionibus Monialium unius Monasterii, minimè audire posse Confessiones Monialium alterius Monasterii. Itidem Confessores extraordinarios semel deputatos atque approbatos ab Episcopo ad Monialium Confessiones pro una vice audiendas, haud posse expleta deputatione in vim approbationis huiusmodi illarum Confessiones audire, sed toties ab Episcopo esse approbandos, quoties casus deputationis contigerit.

Q. 11.